



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 88. Ulrici Hutteni satyra adversus Papæ Bullam

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI
A. C. 1520.

menſe, quo intraverat, excedens, fugam arripuit, ac ruruſum in Gothiam Occidentalem trajicere compulſus eſt, tandem in Daniam reverſurus: nec tamen propterea ceſſavit in ipſo quoque itinere ſuo paſſim ubique funeſta relinquere ſpecimina, non modo crudelitatis, ſed etiam hæreſis ſuæ, quam diutius occultare parum ſollicitus erat. Expulſo igitur Chriſtierno Guſtavus Eriſcon, qui nuper a Dalecarliæ montes auſſugerat, a Suecis in Regni Gubernatorem acceptus eſt, ſub cujus tamen Regimine Lutheri ſecta in Sueciam irreplſit.

§. LXXXVIII.

Ulrici Hutteni Satyra adverſus Papæ Bullam.

Spond. ad
ann. 1520. n. 1
Melch. Ad. in
vita Juris-
conf.
Cochl. l. c. ad
an. 1519.

Inter Lutheri fautores haud infimus erat Ulricus de Hutten Nobilis Eques a Franconia, qui pari furore adverſus Papæ Conſtitutionem carmine ac ſoluta oratione Satyram, cui nomen *Triadis Romanæ* indidit, a ſe compoſitam in comitiis Auguſtaniſ divulgavit.

Aliud adhuc opuſculum historicum in Germania edidit, ubi Pontifices Imperatoribus ſemper obſtitſſe calumniatur, & ad calcem ſui libelli refert, quod Maximilianus a Leone X. deceptus hæc dixiſſet; „Salva veritate affirmare audeo,
„ quod

„ quod mihi quamdiu vixi, nullus Pa-
 „ pa datam fidem servaverit; spero ta-
 „ men, Deo adjuvante hunc fore postre-
 „ mum. „ (*) Attamen petulans illa
 Hutteni libertas, qua in Curiam Romanam
 tumultuabatur, summopere Leonem Pa-
 pam commovit, illumque eo adegit, ut
 eum sibi tradi, Moguntino Electori præ-
 ciperet. Verum Huttenus rem edoctus,
 in Belgium ad Caroli V. aulam secessit,
 ubi tamen de imminente vitæ suæ peri-
 culo certior factus, brevem admodum
 moram traxit, indeque ad Ebernburga-
 nam arcem tunc confugisse videtur; quip-
 pe ex hoc loco Anno Christi millesimo
 quingentesimo vigesimo ad Cæsarem,
 Moguntiae & Saxoniae Electores, cun-
 ctosque Germaniae status literas dedit,
 quibus se a Papæ emissariis vexari que-
 stus est. Ex eadem etiam arce ad Lu-
 therum, cujus partes fervide tuebatur,
 perscripsit.

Sæcul. XVI.
 A. C. 1520.

§. LXXXIX.

(*) Quam atrox hæc sit calumnia, puti-
 dumque Hutteni mendacium, non modo cetero-
 rum coævorum Scriptorum silentium, sed ma-
 xime piissimi Cæsaris religio, ac singularis in
 Sedem Apostolicam reverentia testantur.